

## PRAEFATIO ED. II.

tionem omnem, cosmologicam etiam, immo ontologicam non valere consequentiam, logicus dixerit. Metaphysicis oculis rem intuitus ampliorem quaerat horizontem oportet, quam cuius

*Tres caeli spatium pateat non amplius vlnas.*

Malum, metaphysicum quod dixi cum *III. Leibnitio*, non satis commode malum vocari videtur *V. C.* quamvis vela mox contrahat, causam interferens, *philosophorum definitiones nominales arbitrarias.* Verum per omnia sacra philosophiae rogatos omnes velim, qui mea iudicant, ne me quoque legant in eorum numero, qui non recte percipientes logicorum hanc regulam in torrandis contra receptam significationem definitionibus quilibet audendi sibi semper aequam rentur potestatem. Prudens et circumspectum oportet arbitrium esse, quo vocabulorum potestates aut bene constitutas retinemus, aut constituimus, aut fluentes quasi et vagas figimus. At tali, non caeco putarim arbitrio, quicquid opponitur bono metaphysico, malum dici metaphysicum, imperfectionis eiusmodi rationem. Iam vero summa perfectio dei est bonum metaphysicum. In quantum haec in finitis tollitur, etiam per ipsas eorum essentias, ponitur im-

b 2

perfe.